Fragmentarium

pientia atque fortitudine precellerent.
Et quia longum est ut percurram sin
gula: cum aristobolus a romanis
captus romam sub custodia du
ceretur: ducatus regni iudaici ad
hyrcanum peruenit. Tu autem.
[I]sta sunt munera preciosa que
optulerunt magi domino in die
illa et habent in se diuina
mysteria in auro ut ostendatur
regis potentia in thure sacer
dotem magnum considera et
in myrrha dominicam sepulturam.
V. Salutis nostre auctorem magi ue
nerati sunt in cunabulis et de thesauris
suis mysticas ei munerum
species optulerunt. In auro. R.
[H]unc memor beneficii ab an
tipatre sibi collati eum ut
amicum et socium coluit. interim
[illegible] alicuius par
rationem [illegible]
regni ei sub se commit
[illegible] idem antipa
ter uxorem cypridem nomine ex ge
nere arabico natam ex qua sump
sit filios. quorum unum faselum.
alterum herodem nominauit.
Cumque longo confectus senio ui
tam finisset presentem. potestatem
quam ab hyrcano in iudeis acce
perat: herodi filio suo reliquit. Qui
cum callidus et cautus animo
strenuus ea que ad se pertinebant
agere cepisset. hyrcani neptem a
ristoboli filiam in coniugium sibi
cepit. Cum uero post aliquod tem
pus hyrcanus in prelio quod contra
arabas sumpserat captus esset etiam
exilio detentus est. Et tunc primum
herodes quasi uice illius potesta
tem optinuit. Sed post aliquod
tempus cum hyrcanus amputa
tis auribus iudeam reuerteretur.
simulauit se idem herodes eum
in pace suscipere. Sed postea cum
eum fraude necasset fraudulenter
potestatem optinuit. et primum
a cassio romanorum principe.
postea ab ipso imperatore potesta
te accepta: regnum iudeorum sibi
subiugauit. Hac igitur fraudu
lentia primus ex alienis herodes
regnum iudeorum sub sua po
testate accepit. Quo regnante do
minus ihesus christus secundum prophe
tarum predictus natus est in bethleem
iude. Quia deficientibus ex iuda

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Varia D, nr. 3360/1, fol. [4]v – Noted breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pj8m/5461/51881)